

Universitätsbibliothek Paderborn

**TRACTATVS|| DE CON-||FESSIONIBVS MA=||LEFICORVM ET
SAGA-||RVM SECVNDÒ RECOGNI||tus, & auctior redditus.||
An, & quanta fides ijs adhibenda sit?||**

Binsfeld, Peter

Avgvstae Trevirorvm

VD16 B 5530

Vndeclima Conclusio. Dæmon non potest à corporibus obseßis expelli, aut
à vexatione excludi melodia, herba aliqua, aut lapidis, alterius[q]ue rei
sensibilis virtute.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41113

sent. §. Denique ut perspicue. Guilhelm. Paris.
in 2. part. par. 2 principal. de vniuerso, cap. 20.
Ioseph. Angles in q. de arte magica, diff. 8. & a.
lilj alibi. Pro resolutione sit.

Vndecima Conclusio. Dæmon non
potest à corporibus obfessis expelli, aut à ve-
xatione excludi melodia, herba aliqua, aut
lapidis, alterius siue rei sensibilis virtute.

RATIO est. Dæmon est substantia separata
à materia & corpore, eiusque potestas al-
tior & fortior est omni corpore. Minorau-
tem potestas non habet vim agendi in supe-
riorem. Quare nullares sensibilis & corpora-
lis virtute sibi à natura indita, potest cogere
Dæmones. Hanc Conclusionem tenent Lyra-
nus, Turrecrem. Iosephus Angles loc. cit. Pel-
bartus in aureo Rosario Theologiae, in verb.
Dæmones 4. §. 83. Albert. super Luc. 9. Quod
verò Richardus de media villa in q. 3 q. 8. exi-
stimat tam parvam posse contingere Dæmo-
nis afflictionem, tantamq; esse lapidis aut her-
be virtutem, vt non solum mitigare, sed pro-
fus etiam tollere possit Dæmonis afflictionem:
Id verū puto, si intelligatur de vexatione exte-
rius impugnantis, & non obſidentis. Sienim
mania, aut melancholia, vt contingere potest,
impugnat, aut vexantis malitiā promoueat,
si naturalibus medijs talis indispositio tol-
latur,

Iatur, non est absurdum, quod etiam omnino possit cessare vexatio.

Duodecima Conclusio. *Melodia, herba, lapis, aut aliquæ res sensibiles possunt Dæmonis vexationes indirecte mitigare, & lauiores reddere, ita ut vexatias minus sentiant.*

HAEC Conclusio est communis DD. cl^tatorum. Hoc autem non est difficile. Dæmon tanquam peritissimus medicus corporum complexiones perspicit, & eis perspectis, conuenientes vexationes obijcit. Reperi^s aliquem mania, aut abundanti melancholia laborare, eum inuadit: cùm homines talis complexionis apti sint ad vexationem. Si ergo naturalia remedia adhibeantur, quæ complexionem superantem ritè disponant, & ad æqualitatem reducant, mitigabitur vexatio, nō quidem ex parte Dæmonis vexantis, cum non sit modus naturalis agendi in eum, sed ex parte dispositionis subiecti. Sic cogitationes dissipentur, & abstrahantur aliquid dulci melodia, non sentitur in tanto gradu afflictio, ac quando sensatio sibi præsens est, sic etiam, si purgationibus & medicinis sanguis purgetur, aut cerebrum confortetur, non est dubium, quin fiat aliqua alleuiatio. Dæmon enim cùm non informet corpus quod obsidet, nō est rousus in toto, quemadmodum anima rationalis,

I 2 sed